



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.29. Concilium Compendiense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

Sæcul. VIII. debit is, dimittebat. Viduas, Orphanos  
A. C. 757. omnesque, quacunque necessitate pre-  
merentur, adjuvabat.

Quamprimum Paulus Papa fuisse-  
lectus, & priusquam ordinaretur, datus  
ad Regem Pipinum litteris eum de mor-  
te Stephani Papæ Fratris sui & de sua  
Electione certiore fecit, eandem, ac  
defunctus coluerat, amicitiam & fidel-  
itatem usque ad sanguinem non solum  
suo, sed etiam Populi Romani nomine  
promittens, & postulans, ut in futurum  
quoque Ecclesiam Romanam tueri digna-  
retur. Cum sub idem tempus Immon  
Pipini Legatus Romam pervenisset, vi-  
sum est Papæ & Magistratibus, eum us-  
que ad peractam Consecrationem suam  
retinere, ut ad Regem deinde reveritus  
testatum facere posset, quantum Roma  
& Regem & Francos amaret.

### §. XXIX.

#### *Concilium Compendiense.*

to.6. p.1694. Sub idem tempus Rex Pipinus Compen-  
dii celebrabat universalem Nationis  
Conventum, qui Conciliis, sicut alii Con-  
ventus illorum temporum, accensetur,  
quia simul cum Optimatibus intererant  
Episcopi. Huic Conventui intererant  
etiam Legati a Stephano Papa in Fran-  
ciam missi, nimirum Georgius Episcopus  
& Joannes Sacellarius, quorum confe-  
sus

fus in quibusdam de octodecim Cano-Sæcul. VIII.  
nibus hujus Concilii exprimitur. Ca- A. C. 757.  
nones vero ferme omnes de Matrimo- c. 9.11.12.  
nii causis decernunt, & cum iis, quæ in Sup. n. 2.  
Concilio Vermeriensi statuta fuerant,  
affinitatem habent.

In pluribus casibus viri mulieresque  
in pœnam admissi incestus matrimonium  
inire vetantur.

Si pars una affirmet, & altera neget,  
matrimonium esse consummatum, fides  
habenda est marito.

Lepra judicatur causa legitima dis-  
solvendi matrimonii, data licentia ad a-  
lias nuptias transeundi.

Illud etiam notatur, Dominos luben-  
tissime concessisse, ut Vasalli sui in Feu-  
dis uxores ducerent, quo dulcius uni lo-  
co affigerentur. Quippe præcipitur, ut  
qui feudum mutans etiam aliam uxorem c. 6. v. conc.  
accepit, secundam retineat. Quod ita Vermer. c. 11.  
accipiendum; si prima mortua fuerit. Si c. 18.  
qui propter Faidam fugiunt ex patria,  
nec illi viri nec illæ fœminæ nuptias in-  
eant.

Hæc Faida nihil aliud erat quam Jus v. Cang.  
vindictæ, Legibus Barbarorum propin- Gloss.  
quis viri occisi concessum, ubicunque  
percussorem invenissent. Baptismus a c. 9.  
Presbytero, qui ipse non est baptizatus,  
collatus valet.

**Sæcul. VIII.** In eodem Conventu Compendiensi  
**A. C. 757.** Rex Pipinus Imperatoris Constantini Legatos excepit, qui inter alia dona Organa afferebant. Idque omnes Historici adnotarunt; quia nempe tunc primo in Francia fuerunt visa.

**Ann. Nazar.** Ad hunc Conventum Tassilo quoque  
**Maff. Tib.** Dux Bavariae advenerat, & Fidelitatem  
**Lauresch.** promiserat, juramentis gravissime se ob-  
**Loisel. Metens.** stringens, nam primo Reliquias, quas Rex semper portare solebat, manu contigit deinde supra tumulos S.Dionysii in Francia, S. Germani Parisiensis, & S. Martini Turonensis, quo se cum Proceribus Boicis contulerat, eandem promissionem renovavit.

### §. XXX.

#### *Pauli Papæ Ædificia.*

**Ann. Petav.** Cum Bertrada Regina hoc anno 757.  
**Paul. epist. 6.** liolam, cui nomen Gisella datum, e-  
**Cod. Carol.** nixa esset, Rex Pipinus linteolum, quo  
**27.** parvula e sacro fonte levata involuta fuerat, per manus Wulfardi Abbatis S. Martini Turonensis ad Paulum Papam transmisit, quod donum Papa suscepit tanquam certum pignus, Regem velle, ut Gisellam loco filiae suæ spiritualis haberet, ac si eam suis manibus e fonte Baptismi levasset; populo deinde in Ecclesia S.Petronillæ congregato, in memoriam Regis dedicavit Altare, & Missa celebra-

ta